

Anno
M.
1949.

thorem decimis *Melchisedeko* oblatis celebrat. Per idem tempus numerosæ posteritatis, cujus caput Christus, nec non terræ *Canaan* promissio ipsi renovatur, ac in foedere gratiæ, ritu circumcisionis confirmatur. E-dito jam adolescente *Ismaële*, nativitas *Isaaci* prædicatur à Domino Angelis duobus comitato, qui digressi ad perdendam *Sodomam*, frustra deprecante pro cæteris *Abraham*, *Lothum* cum familia incendio eripuerunt. *Isaac* constituto tempore ex *Sara* nascitur. *Ismael* cum matre *Agar* ablegatur suasu *Saræ*. Post ipse *Isaac* jussu Domini sacrificio destinatur & servatur. A morte matris accepit uxorem *Rebeccam* ex *Mesopotamia*. *Abrahamus* quoque secundis nuptiis sibi jungit *Keturam*, quæ sivitque ex ea liberos, quos dotatos à se dimisit. Moritur vitæ satur.

2049.
2109.

Isaacus ex sterili uxore geminos tandem concepit, *Esavum*, & *Jacobum*: qui moribus diversi, studia quoque diversa sectati sunt. *Esavus* profanus primogenituram fratri jusculo vendidit. *Isaacus* premente fame ad Regem *Abimelech* concessit: ubi benedicitur, & pecore omnique substantia augetur. Sed agente invidia ab incolis pulsus confedit in *Beersebah*. Senex benedicturus filiis, minor, *Jacobus*, astu matris, sumto *Esavi* majoris habitu, benedictionem ejus intercipit. Mox metu periculi, quod frater minitabatur, in *Mesopotamiam* migrat ad avunculum *Labanem*, cœlesti visione in itinere confirmatus. Assumptus in familiam XXI.

annos